



## Prooemium.

**D**ignis naturam, quiritè, & ex Lumine natura poterit explicare, multas omnino, quibus hodiernum plerique urgentur Physicorum, è medio tollet difficultates: Verùm n: vero vereor, ut sit in viribus humanis, beneficio nudæ Contemplationis, mirabilissimam hujus elementi naturam intimius pernoscere. Multi quidem multis abhinc annis in eo jam fuerunt occupati, nihilo tamen minus effecerunt: nam æquè, ut antea dubium est, an  $\Delta$ is sit substantia, vel accidens, quod posterius, uti notum, non contemnendis sane argumentis voluit Th. Fienus. Hinc quilibet suam pro palat sententiam, nullus tamè rei indagat essentiam, ejusq; ex voto consequitur nucleum. Philosophi per  $\Delta$ em exercitati, seu Pyrotechniæ Magistri, ut hodierno tempore se vocant, nec immeritò sic vocantur, Chymici, plurima demùm ex sapienti  $\Delta$ is regimine, & gradibus caloris in extrahendis, lege Magisterii sui, rerù Essentiis & centralibus earundè virtutibus eliciendis observarunt, & sub patrocinio nunquam satis laudandæ experientiæ adinvèerunt, ut cū Helmōtio absq; hesitatione fortassis asserere, ac digito veluti monstrare queamus,  $\Delta$ è esse plus quàm accidens, & minus, quàm substantiam; adeoq; Creaturam singularem, nulli tamen alteri secundam, sed ad magnos magnificosq; mortaliū usus concessam. Unde etiam nec aberrasse jam laudatum Auctorem censemus, dum  $\Delta$ em nuncupavit visibilè mortem, in manu artificis magnalia præstantem, quando quidem solus Vulcanus sit, qui, docente P. Joh. Fabro, naturam universalem & particularem referat, referat amq; claudit: Ut ut a. naturale ingenium, & peculiare judicii acumen Philosophus habeat, nunquam tamen ad rerum naturalium radicem, aut radicalem scientiam admittetur sine  $\Delta$ e, neq; opinionum varietates declarare poterit, nisi ad miniculo  $\Delta$ . Nihil adeò hominem sciendi avidum, penitus ad omnium scibilium cogni.